

muros nostre civitatis seu gratia spiritus sancti cooperante in remedium sue anime ac sui mariti, nec non in remissionem animarum omnium fidelium defunctorum quosdam ortos seu census ortorum quorundam nostre premissis civitati in onere exactionum et aliorum iurium annexos seu annexorum iuste donacionis titulo vel iure perpetuario propter missarum et aliarum horarum celebrationem dedit, legavit, dotavit capelle prelibate in hunc modum, quod quincunque ortorum prefatorum plebano iam dicte capelle unam marcam annui census dederit seu persolverit exactionibus deposcentibus ad sex marcas extitit registratus. Qui vero ortorum sepe dictorum in uno fertone annui census magnum vel minus persolverit in eodem orto seu ortis secundum augmentum et diminucionem fertonis per modum dictum onus exactionum intendi debet et remitti. Ortum autem cuiusdam dicti Nenkebechers cum bono consensu nostrorum concivium ad quinque marcas registravimus specialiter in requirendis collectione exactionum deposcente. Ne igitur in posterum utrobique aliqua erroris calumpnia nasceretur, presens scriptum sub nostri sigilli et Nycolai Zchakani certamine^{a)} dedimus, anno domini MCCCXXVII, in die Blasii communitum.

a) *so Herzog, wohl fälschlich für certitudine*

65. *König Ludwig der Bayer gebietet den Städten Altenburg, Chemnitz und Zwickau, dem Markgrafen Friedrich (II.) von Meißen bzw. im Falle von dessen Tod dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu huldigen.*

1327 Oktober 17, Pisa

Original: SächsHStA Dresden, 10001, Ältere Urkunden, Nr. 2407 (A); Pergament: 26,5 cm breit, 12 cm hoch, Plica: 3,5 cm; Besiegung: Das Siegel des Ausstellers (Posse, SDKK I, Taf. 50, Nr. 5) an Pergamentstreifen. — Edition: Riedel, Codex diplomaticus Brandenburgensis II, 2, S. 42; MGH Const. 6,1, S. 260, Nr. 352; Altenburger UB, S. 441, Nr. 563. — Regest: Urkunden des Vereins für Chemnitzer Geschichte, S. 41, Nr. 27.

Ludowicus dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus civitatum Altenburg, Zwickowe et Chemnitz suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre districtius iniungimus et mandamus precise volentes, quatenus illustri Friderico, marchioni Missnensi principi et genero nostro karissimo prestetis et cum effectu faciatis fidelitatis et homagii indilatum et debitum sacramentum. Si vero prefatus gener noster marchio Missnensis de medio huius seculi tolleretur, quod deus nolit, illustri Lud. marchioni Brandeburgensi primogenito et principi nostro karissimo per fidelitatis homagium obedire vos volumus et fore sincerius alligatos dantes has nostras litteras sigillo maiestatis nostre regie roboratas in testimonium super eo. Dat. Pis[is], XVII^o die mensis octobris, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.